



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

12. Sacramentorum Maiestas & Ordinis præcipua quædam Excellentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

SACRAMENTORVM MAIESTAS,
& Ordinis præcipua quedam excel-
lencia.

CAPVT XII.

Cum Ba-
ptismo ni-
hil com-
parari.

Qvod si Ecclesiam iam constitutam cõ-
sideres, eam augustissimam, quam à
cœlesti sponso accepit sacramentorũ
dotem fertilissima dicendi seges, maior etiam
admirationis ratio suggeretur. Quos mihi
fontes ex toto illo historia naturalis apparatu,
quam aquarum salubritatem, quæ salientium
venarum miracula inuenies cum baptismo
comparanda? quo Dæmonum vires tanquam
in humido serpentes deficiunt, quo tota infe-
rorum machinatio refringitur, quo eluto cor-
pore induit animus sanctitatem. De quo cer-
te, & reliquis Ecclesiæ mysterijs multa hic
meditatur animus: sed ad singularem ordinis
maiestatem mea festinat oratio.

Sacerdotij
potestas
admira-
bilis.

Quanta est Deus bone! quam stupenda
quam pene incredibilis hæc potestas, quæ non
vno contenta munere, duas easque omnium
amplissimas diuinæ virtutis dotes amplexa est
Eucharistiæ consecrationem, & integram pec-
catorum condonationem. Quid ego iam mi-
rer ad vnam Moysis virgam, modo cruentos
amnes fluxisse, modo discessisse maria, modo
in se resoluta coaluisse, modo largas aquarum
venas saxis exiluisse. Hæc sacerdotis potesta-
te superata videmus. Verba quippe sacrosan-
cta cum pronunciat, continuo aut sit sanguis
Christi: aut eum inhibet, peccatorum pelagus
exarescit, aut eum retinet, insanae veluti flu-
ctuum attolluntur moles, aut eum saxo, &
adamante duriora ferit pectora, lachrymarum
copiosum imbrem elicit, perennisque diuinæ
gratiæ riuus in animos influunt.

Cœlum.

Miramur deinde hoc vno verbulo, fiat fir-
mamentum, tantam, tam splendidam, tam spe-
ciosam molem: tot lucentium signorum velu-
ti picturis vermiculatam, tot facibus collu-
stratam, atque tot miraculis refertam emer-
sisse.

Eucha-
ristia.

At hoc mirabilis vna sacerdotis voce, De-
um ipsum, à quo cœlum, tellus & amnes, &
maria, & quidquid ætheris omnia cingentis
amplexu continetur, emanauit, se in orbicula-
tam modici panis speciem inducere.

Miramur ad Helix præces ignem de cœlo Nihil
delapsum in victimas. Hoc mirandum potius comparat
quoddam ad sacerdotis verba Deus noster ignis dicitur
omnia comburens in fluit in hostias. Mira-
mur ad imperium vnus principis Iosue so-
lem in medio cursu repressum constitisse. O-
bediente Domino voci hominis, parum quod Christi
sol in cœlo steterit: Hoc illustrius, quod ille, Eucha-
risticus est sol, veluti de maiestatis folio de-
tractus, in sacrificantis inueniatur mani-
bus. Quid multa? stupemus, quoties ad hanc
vnus puellæ orationem, fiat mihi secundum
verbum tuum: Deum, Deum (inquam) hu-
mano corpusculo circumuestitum: Ac hoc in
sacerdotis manibus quotidie perfectum ve-
neramur. Proh fidem numinis! quales &
quantas oportet esse manus istas! Quam præ-
claras, quam innocentes, quam pudicas, quam
venerabiles esse oportet istas manus, quæ
Deum cœlitus excipiunt, Deum tangunt,
Deum tractant!

Quanta, & qualia esse oportet ista labia,
quàm pura, quàm impolluta, quàm augustis
labia, quæ Dei vnigenam filium, Angelorum
amores, & delicias, mundi reparatorem Chri-
stum, intra sua claustra demissum, cum omni
veneratione salutant! quid dico salutant? imò
ipsum sacrosanctis verbis eliciunt.

Quid de reliqua potestate licet mihi dicere
mihi verò licet, quod est libere pronunciare.
Hæc sacerdotes, terrarum Principes vestris ge-
nibus aduoluit. Hæc miserorum catenas dis-
soluit. Hæc inferorum vectes, & repagula dis-
fringit, hæc veterem draconem trionis huma-
mani siti rabidum conterit. Hæc æstus & flam-
mas extinguit. Hæc os putei furialis obturat:
Hæc cœli fores aperit. Hæc ad omnipotentis
Dei mortales contubernium introducit. Au-
dax fuit illud Helix: *Vixit Dominus Deus*
Israel in cuius conspectu sto, Si erit his annis res,
Et pluuia, nisi iuxta oris mei verba: homi-
nionem vnum, pauperem, contemptum, longa
macie torridum, per triennium cœlum clau-
sisse, nubes verborum impetu attonitas con-
trouisse, iam iam lapideos imbres detorsisse.
Magnum fateor, sed maius, quod sacerdotes
nostri faciunt, qui eadem lingua sanctorum
operum administra claudunt interos, & cœ-
lum ipsi, qui ingredi cuprūt, diuinissimè recu-
dunt. *numis honorati sunt amici tui Deus,* ni-
mis abundè rebus humanis indulgisti, qui ho-
mulos ex Adami luto concretos ad hunc glo-
riæ apicem extulisti.

Hic

Job 40.

Hic te appello Iobe virorum omnium qui sunt, & erunt, fortissime, si quicquid tibi ex pueribus recuperet, & cum Deo tot olim sermones miseret, deque diuina potentia distiterit: si nunc Deus, quod antea fecit, tibi loquatur de turbine & dicat:

Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabor te, responde mihi, nunquid nosti ordinem in caelo, & pones rationem eius in terra? Nouerunt sacerdotes, & hierarchiae caelestis imaginem constituunt in terris. Nunquid ingressus es profundam maria, & in nouissimis abyssi deambulasti? ingressi sunt sacerdotes ingens quasi mysteriorum pelagus, & in arcans Dei ambulant. Nunquid aperi tibi sunt porta mortis, & ostia tenebrosa vidisti: eadem ipsa aperiunt, & claudunt sacerdotes.

Nunquid produces luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terrae consergere facies? Gratiam ita Deo disponente pene producant, & in mortalium animos infundunt sacerdotes. Nunquid mittes fulgura, & reuerentia tibi dicent, adsumus: Anathematum fulmina mittunt, & retrahunt sacerdotes vici sacrorum. O ministerij potestatem, o Dei liberalitatem! Ecquis erit ita stupidus, & vecors, ut in hac ditione, quasi in suo gloriatur, ut dominari desideret in clero, ut Dei clauibus abuti, non uti velit.

Hae si quis oratoriè velit vberius exornare, latissimum campum inueniet, in quo exultare possit.

EVCHARISTIA: MIRACVLVM
plenum munificentiae, & magnus argumentorum campus.

C A P V T XIII.

Eucharistia longe superat mundi miracula.

IAm cum ad illud Eucharistiae Sacramentum deuenis, *μυστήριον* verè ut appellatur à D. Dionysio, *τό πάντων ἰερὰν χριστιανότητος* audebis irrita iam pueris gentilitatis comparare miracula colosofos puta Rhodios, & pensiles hortos Semiramidis, & Cretae labyrinthos, & aram ex coenibus, & mortuorum somnia Mausolea, & si quid est nugarum huiusmodi, Proh reculas, & marcescentes vmbrias vanitatis!

Eucharistia vna est, cui iure illud conuenit *πρόπαν ἰπώτος*, trophaeum amoris, Christus quippe Dominus, cum gloriosissima legatione perfundus in aeterni Patris contubernium reuolaret, quod amici facere solent, à suorum complexibus aegrè diuulsi, & in longinquas terrarum oras profecturi, ut apparatissimum munus eligant, quod in perpetuum beneuolentiae pignus, & amoris solatium suis relinquunt, hoc perfecit tantò nobilius, quanto dilexit ardentius, & potuit magnificentius. Neque enim suis expressam in cera, aut in auro politissimis lineamentis effigiem, non sigillum, non anulum, non quidpiam simile donauit, sed corpus, & sanguinem, animam, mentem, diuinitatem, se denique totum, quod poterat *ἑσπρον ἱερῆριον* suis fratribus tradidit, ut corpus, quod ex argilla nostra traxerat, caelum autem ut iam radijs gloriae vestitum suo iure repetebat, arte mirabili, & ante hunc diem inaudita cum caelo, & terris ita diuideret, ut eodem vtraque pars non diuiso, & comminuto, sed toto plenissimo frueretur.

Est istud hereditarium munus testamenti eius noui, quod nobis ea nocte qua tradebatur crucifigendus, tanquam pignus sua praesentia dereliquit, munus augustum, sanctum munus, manerum omnium cumulatissima perfectio. Mirare quantum voles sumptuosam illam, & plane magnificam Iustiniani Imperatoris mensam, quam in templo sanctae Sophiae dedicauit, stupendum plane donarium, in quod terra, marique delibatas opes, puta lignorum, metallorum, gemmarum omnium purissimum florem studiosa luxuria congefserat, ut in vnum orbiculum vniuersi orbis miracula colligeret. Ego vero satis mirari non possum in Eucharistia non friuolam donarium opulentiam, sed caelestium gratiarum iuge quoddam seminarium, fontem clarissimarum virtutum, culmen bonorum omnium.

Enimvero minime mirum est, cum & illum contineat, cuius riuus omnia resparguntur, vbi orta crescunt, crescendo maturitatem assequantur, & matura nunquam senescant. Nec immerito magnus ille Basilius Eucharistiam appellat *καρπώτιον τῶ ἁγίου*, bonum enim est, & bonum illud, quod sapientissimo Moyse fuerat antea promissum.

Ostendat tibi omne bonum.
O rem admirandam antea! Verbum Dei humeros artus induit, nunc in hostiam induitur.

Eucharistia trophaeum amoris.

Basil. hom. de charitate Eucharistiae. ἑσπρον ἱερῆριον ut nominat.

Gaudencius tractatu secundo.

Cedrenus de Baro. ad annum Iustin. 31.

S. Basil. ep. ad Amphilochium.

ὅτι τὸ πρῶτον δὲ λόγον τῆς...